



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Norembergæ, 1523**

**VD16 K 320**

80 Vt Pleriqve Inopia Rervm Laborantes iudicialium expensaru[m],  
varioru[m]q[ue] laborum & expensaru[m] formidine, ad iniquas  
transactiones compellantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

enumeratis casibus, copiosa ciuiliū causarum sylua, iurisdi-  
ctioni temporali, ac ciuili magistratui, indies subtrahitur atq;  
eripitur. Quod non solum iuribus & æquitati, sed etiam ra-  
tioni contrarium esse dignoscitur.

VT PLERIQUE IN OPIA RERVM LABORANTES  
iudicium expensarū, variorūq; laborum & expensarū for-  
midine, ad iniquas transactiones compellantur.

20 Necq; hoc silentio preteriri potest, q; ecclesiastici iudices &  
officiales miseros ac simplices laicos, multoties ad illicitas,  
iniquas, sibiq; penitus nocivias transactiones adigunt. Nam  
si quādo eos in ius vocant, magna patronorū, rabularum fo-  
rensum, scribarum, cæterorumq; quorum opera in iudicia-  
rio strepitū, vti necessum habent, caterua, nullo ære condu-  
cta, sed gratuito conquisita, stipati astant, ac pauperibus il-  
lis prophanis, ægestate pessis, id hominū genus, non nisi ma-  
gno conducendum. Quob vbi fortunæ, reiq; familiaris te-  
nuitas denegat, ni penitus causa, etiam iustissima, decidere  
velint, transactionem seu compositionem vtcunq; iniquam  
inire coguntur. Qua re quantum grauentur tenues, nemo  
est qui non facile id deprehendat.

IN MVLTIS ECCLESIASTICORVM CONSISTO-  
RIJS, EXTERNI CAUSARUM PATRONI & PROCURATORES, QUAM NON  
ADMITTANTUR.

21 Et hoc hactenus Germanis multum attulit molestiarum,  
q; per ecclesiasticos iudices, nulli coram se litigantium partis  
um, alijs vti adiucatis & procuratoribus licet, q; ijs, quos si-  
bi, suisq; tribunalibus, iurisurandi sacramento obnoxios  
reddiderunt. Ne tamen nihilominus externi patroni a liti-  
gatoribus consulantur, adeo breves præfigunt terminos, vt  
adiri nequaq; possint. Et ne hoc eorum factum tanq; æquita-  
ti contrarium, improbari possit, se id in controversiæ cōmo-  
dum facere adfirmant, quo celeriorem per consistorij iura-  
tos procuratores sortiatur exitum. At interim meridiana lus-  
ce clarius.